

S E C V N D V M P R O B L E M A

*Cuiuslibet stellæ fixæ vel planetæ declinationem
generaliter computare.*

EX præcedenti didicimus, quo pacto cuiusvis stellæ, latitudinem 8. graduum non egredientis declinatio inuestigatur: cum aut plurimæ stellæ fixæ multo latius euagentur, quarum influxus tum propter corporum magnitudinem, tum propter earum ad alias siue fixas siue erraticas colligatiam vel commixtionem sum- *Stellarum*
opere animaduertendus est, siquidem stellæ fixæ (Ptolemæi testimonio) dant do- *fixarum*
na grandia, quamuis sæpenumero infaustè finiant, decreuimus generalem decli- *effectus*
nationum computationem tradere, quo cautius atq; abundius genituras iudicaturi, accidentia futura præuidere possint.

Intrabis igitur tabulam declinationis generalem cum longitudine stellæ, accipiendo videlicet gradum longitudinis in latere tabulæ sinistro, si nomen signi in fronte tabulæ repertum fuerit, in latere autem dextro, si in calce tabulæ nomen signi offenderis, & numerum ex directo eius gradus occurrentem (qui inscribitur arcus) seorsum notabis cum denominatione sua, septentrionali videlicet, si signum longitudinis stellæ fuerit septentrionale, meridiana autem si meridianum: Est autem arcus huiusmodi portio circuli latitudinis, per stellam incedentis, inter Aequatorem & iter solare comprehensus: Notabis etiam numerum multiplicandum gradui stellæ obiectum.

Deinde latitudinem stellæ iunges arcui seruato, si eandem cum ipso arcu denominationem habuerit, eritq; aggregatum eiusdem denominationis cum ambo- *Si latitudo et arcus
habent eandem denominationem*
bus: aut alterum ex altero deme, latitudinem scilicet ex arcu memorato, aut arcum *Si differentes
denominationes*
ipsum ex latitudine, si diuersarum fuerint denominationum, residuum autem eam *Residuum
habens denominationem
maioris*
fortietur denominationem, quam habebat id à quo facta est subtractio.

Tale itaq; aggregatum vel residuum si quod fuerit, erit arcus circuli latitudinis stellæ, inter Aequatorem & verum locum stellæ contentus. Nam si nullum esset huiusmodi residuum, quod accidit, dum latitudo stellæ, & arcus circuli latitudinis inter Aequatorem & eclipticam æqualès quidem, sed diuersarum existunt denomina-
*Si latitudo et arcus
habent eandem denominationem*
*Si differentes
denominationes*
*Residuum
habens denominationem
maioris*
*Quando
stellæ nul-
lam habe-
at decli-
nationem*
tionum, nullam prorsus ab Aequatore declinationem stella ipsa pateretur.

Per finem igitur rectum arcus iam nunc memorati, multiplicabis numerum mul-
*Quando
stellæ nul-
lam habe-
at decli-
nationem*
tiplicandum superius seruatum, & producto quinq; primas figuras versus dextram *Quando
stellæ nul-
lam habe-
at decli-
nationem*
reijcies, vnitate relictis adiuncta, si reiectæ figuræ plus 50000. denotauerint. Hoc *Quando
stellæ nul-
lam habe-
at decli-
nationem*
enim pacto finem rectum declinationis stellæ cognosces, cuius arcum tabula sinus *Quando
stellæ nul-
lam habe-
at decli-
nationem*
exemplo suscitabit, qui quidem arcus erit declinatio stellæ quæsitæ, eandemq; fortie-
*Quando
stellæ nul-
lam habe-
at decli-
nationem*
tur denominationem, quam habebat supra dictum aggregatum vel residuum.

Quod autem paulo remissus præcepisse videamur, si quando iuxta gradus loci stellæ minuta quæpiam iacuerint, prohibentia introitum tabulæ ad integros gradus factæ, hoc vnum generaliter iubemus, agendum esse duplici introitu, vbi opus fuerit, quemadmodum in præcedenti monuimus, ac in alijs tabularum operibus